

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 4: De aliis virtutibus Caput 19: De laude divina (3)

Idem (Augustinus):

Qui hic non incipit, laudare deum in futuro mutus erit.

Christe, qui de Juda natus es, unde reges erant in Veteri Testamento,
qui es etiam *Deus meus*, scilicet creator et recreator,
ego *exaltabo te*, id est te notum faciam praedicando,
quod es, *et benedicam nomini tuo*, id est *laudabo te*,
in saeculum, scilicet hic, *et in saeculum saeculi*, scilicet in aeternum.
Qui enim hic non incipit, in futuro mutus erit.

Petrus Lombardus, *Commentarius in Psalmos Davidicos*, 144.1
(PL 191, col.1262C).